UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs & exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium similitudinibus conscripta ...

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

69. Qui appendit tribus digitis molem terr[a]e?

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Visual Library

En T rias, ut fugiant clades, tribus antè diebus
Prçmonet,& veniam ſupplice corde rogent.

*(a) Nuditas triduana Iſaiæ fuit ſymbolum triennalis ſpoliationis Ægypti & Æthiopiæ. Vide Corn. a lap. Iſa. 20.*

## SYMBOLUM 69.

*Quis appendit tribus digitis molem terræ? Iſa. 40. Sanctam Trinitatem Paſchaſius lib. 1. de ſpiritu S. cap 2. per tres digitos accipit.*

EN circumfuſo libratur in aëre tellus,
Fulcrorum nullâ vi ſubeunte vices.
(a) Trina baſis librat. Sit prima, Potentia Patris.
Inde coæterni nata Sophia Dei.
Tertia, procedens Bonitas ab utroque, columna
Facta ſoli, cœlo lapſa columba, fuit.

*(a) Ut Atlas fictè, ſic Sancta Trias verè, non humeris, ſed quaſi leve pondus, tribus digitis totum terræ globum Librat & ſuſtinet.*

## SYMBOLUM 70.

Trinum AAA. Jerem. 1.

*Ieremias trino ſuſpirio ſuam de Sanctiſſ. Trinit. myſterio infantiam profitetur dicendo: A A A, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Ita Viegas in Apocal. 9. ſect. 5. num. 4. & alij.*

CRiminis (a) Helciades maternâ purus ab alvo,
Exitus, & vitæ, cui ſine labe, tenor.
Mentis ut expendit Triadis myſteria lance,